



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

224. Dominica 8. post Pentecost. Quomodo ad scientiam Sanctorum  
veniatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Sabbato Domin. 7. post Pentecost. 403*

*Conf. 1.* Quomodo Beatissima Mater excelluerit in cavendo dæmone, & adherendo Deo. 2. Quomodo excelluerit in perfecta mortificatione, & odio sui. 3. Quomodo excelluerit in subigenda propria voluntate, & intellectu. 4. Quam remota fuerit à scientia carnali, mundana, diabolica. 5. Quantum amaverit scientiam Sanctorum, & quam feliciter ad eam pervenerit.

*Conf. 2.* Defectus meos hic commissos, quos detestabor, & ut magis averter, petam magis intelligere. 1. Mala, in quæ præcipitantur abutentes scientia. 1. Est irreligiositas. Qui, cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt. 2. Ingratitudo, nec gratias egerunt. 3. Superbia. 4. Vana gloria. Ibid. ad Rom. 1. 5. Luxuria. Tradidit eos Deus in sensum reprobum. Ibid, ita refert Augustin. Lib. 5. *Conf. 3.*

*Conf. 3.* Propositâ hâc septimanâ facta, & ut ea exequar, Divæ Vîrgini supplicabo.

**MEDITATIO CCXXIV.**

**Dominica 3. post Pentecost.**

*Quomodo ad scientiam Sanctorum perveniatur.*

**A**spiciam Dominum **JESUM**, lucem mundi, & Patrem filiorum lucis, Prudentiam suos edocentem. Petam ejus doctrinæ amplius particeps fieri.

*Conf.*

*Conf. 1.* Quòd perveniatur ad hanc scientiam, si quæratur non ob vanam mundi gloriam, sed ad majorem Dei, animarumque salutem. 1. Si aliquid jam partum, humilitatis, & modestiæ sapore condiatur. 3. Lectiones, quibus quæritur, & disputationes, studiumque ab oratione incipiendum, ut scientiarum Domini præsidium habeatur. 4. Oratione interrumpantur, ne intellectus, considerationibus absorberi solitus, arefaciat affectus. 5. Oratione finiantur, ut fons lucis, qui illuminavit, habeat gratiarum actiones, tum ut eidem, ut debentur, labores nostri offerantur, & per eos animarum salus exposcatur. 6. Præter istas breves orationes habenda sunt alia tempora meditationis, & orationis, in quibus ante Dominum Creatorem creaturæ imperfectæ ac ignorantis se fistant, ut ab eo, qui dedit essentiam, scientia quoque impetretur humiliter. 7. Si cubiculum ametur, silentium servetur, invidiæ commilitonum, ambitiones & contentiones fugiantur, alijs cedas, eos humiliter verbis ac factis majores existimes, eis te submittas. 8. Si in exercitationibus literarijs, ita ingenij subtilitas, & loquendi acrimonia teneatur, ut sui contemptus, & animi modestia non deseratur. 9. Si animi puritas, unicum scientiæ instrumentum habeatur: sic

Rudeo

*Feria 2. Domin. 8. post Pentecost. 405*

studebant Sancti tanquam semper victuri, sic vivebant, quasi cras morituri. Quia ad summam scientiam hanc pervenerunt, D. Sylvester, sumptione Sanctorum per visum de manu B. Virginis, & S. Edmundus Cantuariens. cui Venerabile Sacramentum columba in os detulit, & in fractione panis oculi Discipulorum aperti: audiam invitantem me Dominum: *Qui est insipiens, declinet ad me*: quæ verba S. Cyprianus de Venerabili interpretatur.

MEDITATIO CCXXV.

*Feria 2. Domin. 8. post Pentecost.*

*De subigendo iudicio proprio.*

**V**idebo virgulam in obliquum crescentem, quæ ut erigatur recta, in contrarium reflectenda est, & ut iudicium meum perversum ordinetur, inclinandum est in contrarium. Petam illud flecti ad nutum Dei.

*Conf. 1.* Tria esse impediencia proximè virtutem, & sanctitatem. 1. Est cupiditas inordinata cujuslibet boni externi. 2. Boni corporis proprii. 3. Boni propriæ libertatis, atque iudicij.

*Conf. 2.* Verba Domini de se loquentis Joann. 6. *Descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, &c.* Si non fecit voluntatem suam, igitur neque secutus est iudicium suum proprium,